UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P. Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 5. Hoc Pontificis diploma in Parisiensis Senatus acta relatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67252

Visual Library

§. V. Sæcul XVI. A C. 1592.

Hoc Pontificis diploma in Pariſienſis Senatus acta relatum.

Hoc diploma nonniſi poſt longioris temporis moram ad Pariſienſis Curiæ tabulas referebatur, eoquod Henricus Cajetanus Cardinalis in Italiam reverſus, donec Papa aliter proſpiceret, legationis ſuæ negotia Philippo Segæ Placentino Cardinali commiſiſſet, Senatus vero Fœderatis addictus haſce Pontificis literas approbare renueret, eoquod delegatus alium ſubdelegare non poſſet, atque aliunde Sexdecemviri Placentinum nonniſi tanquam Procuratorem venerarentur; nihilominus poſtquam Sega tanquam Papæ Legatus erat agnitus, pariter feria tertia die vigeſima ſeptima Octobris Pontificis diploma ad acta referebatur. *Mem de l'Etoil. t. 2. pag. 80.*

§. VI.

Catalaunenſis Senatus edictum adverſus Legatum, & Pariſienſe Senatus conſultum.

Quamprimum hoc diploma a Pariſienſi Senatu ad acta relatum fuiſſe, Curiæ Catalauni ſtabilitæ innotuerat, mox Procurator generalis adverſus hanc actionem reclamabat: quapropter Senatus in præfata urbe erectus ad ejus *Thu. l. 103. Mem. p. 86.*